



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 18. Thomas Palæologus Romam venit

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

lium necessaria petebant auxilia, eoque Sæcul. XV. A.C. 1460.
 sine suos quoque Legatos in Franciam ablegabant, ut suppeticas impetrarent,
 quas tamen nonnisi evoluto biennio ob-
 tinere poterant. Ceterum Eduardo satis
 quiete aliquamdiu victoriæ suæ successu
 potiri licuit, emenso autem sequentis
 anni cursu turbata est pacis serenitas;
 Galli enim atque Scoti pro Henrico
 Rege, qui, ut mox videbimus, alterno
 fortunæ ludibrio nunc in carcere, nunc
 in throno comparuit, ingentes militum
 copias parabant.

§. XVIII.

Thomas Palæologus Romæ advenit.

Ineunte hoc anno Thomas Palæologus Comment. Pii II. lib. 3. § 8.
 Princeps e Corcyra Romam pervenit. Piranz. lib. 3. c. 26.
 Hunc summus Pontifex non vulgari be-
 nevolentia excepit, auxitque ad singulos
 menses trecentorum aureorum pensione,
 cui Cardinales ducentos alios addidere.
 Eidem Pius II. rosam auream pro more
 Dominica quarta in Quadragesima sa-
 cratam dono dedit.

§. XIX.

*B. Andreæ Apostoli caput Romam
 translatum.*

Cum vero idem Princeps ab urbe Pa- Baron. not. Martyr. die 9. Maji.
 tracensi caput S. Andreæ Apostoli
 Anco-